Universitätsbibliothek Paderborn

Parallela Geographiae Veteris Et Novae

Briet, Philippe

Parisiis, 1649

Nvm. 2. Græcorum origo altera.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13167

Nvm. 2. *Græcorum origo altera ex Inacho, & Phoroneo ſecundùm veteres.*

INACHVS adeo antiquus, vt eius parẽtes ignorentur, ideo *Priſcus* ab Horatio dictus.

- IONE ex quâ de Ioue
  - EPAPHVS Rex Ægypti
    - LIBYA cui ex Neptuno,
      - BELVS
        - DANAVS
          - HYPERMNESTRA
            - ABAS
              - ACRISIVS → DANAE → PERSEVS → Cuius Familiã videbis in Appendice primâ.
              - PROETVS, de cuius rebus geſtis diſſentiunt auctores. → Thalaüs. → Adraſtus.
        - ÆGYPTVS | Lynceus.
      - AGENOR
        - Cadmus
        - Phœnix
        - Cilix
        - Europa

        Agenoris Familiam mox videbis latiùs expanſam, in Appendice ſecundâ.

PHORONEVS frater Inachi à quo ſuſcepta.

- NIOBE de qua ex Ioue
  - PELASGVS ex quo genitus
    - LYCAON cui nati ſunt
      - 50. filij, omnes cæſi præter Nyctimum
      - CALLISTO cui natus ex Ioue
        - ARCAS vnde dicti *Arcades*
          - APHIDAS cui 2. filij vna filia.
            - LICVRGVS
              - AMPHIDAMAS → MELANIO, de quo ex Atalanta → Parthenopæus vnus ex 7. Ducibus ad Thebas.
              - ANCÆVS.
              - EPOCHVS.
              - IDÆVS.
            - CEPHEVS:
            - STONOBÆA Prœti coniux.
          - ELATVS natu minor Aphidæ.

Appendix prima. Familia Perſei.

PERSEVS Danaës ex Ioue in imbrẽ, cõuerſo filius: Ex Andromedâ Cephei filiâ ſuſcepit 6. filios, filiam vnam.

- ALCÆVS cui nati ex *Hippomone* filia *Menæcei*
  - Amphitruo.
  - Anaxo filia.
- MNESTO cui de Liſydice filiâ Pelopis natus
  - HIPPOTHOE cui de Neptuno
    - TAPHIVS qui vrbem Taphum in Cephaleniâ cõdidit, populum Teleboas dixit
      - PTERELAS à Neptuno immortalitate donatus.
- ELECTRIO, cui ex Anaxone filiâ Alcæi nati ſunt
  - Mares nouem.
  - ALCMENA quam pater dedit Amphitruoni eâ lege vt Teleboas vlciſceretur: ſed ſocerum imprudens occidit; purgatus à Creonte bellum feliciter confecit.
- Ex Medeâ
  - Lycimnus ſpurius.
- STENELVS cui natus ex Nicippe filia Pelopis
  - EVRISTHEVS cui addictus Hercules: in eo defecit poſteritas Perſei, & Mycenarum regnum ad Pelopidas deuolutum.
- HELAS, cuius nulla poſteritas legitur.
- PERSES, quem reliquit apud ſocerum Perſeus, vnde ſe Perſæ ortos gloriantur.
- GORGOPHONE filia quæ nupſit Perieri, filio Æoli.

Appendix ſecunda. Familia Agenoris.

AGENOR ex Tele-

- CADMVS miſſus à patre vt Europam quæreret thebas
  - POLYDORVS ex Nycteide filia Nyctei natus
    - LABDACVS
      - LAIVS 1° pulſus à Lyco: mox eo ſublato ex Iocaſtâ ei natus eſt
        - OEDIPVS ex Iocaſtâ matre.
          - Antigone filia
          - Etheocles, Polynices qui mutuis vulneribus occiderunt.
  - ANTINOE, quæ nupſit Ariſtæo.
  - INO, quam duxit Athamas.

phaſſa coniuge tres filios ſuſcepit, filiam vnam.

condidit { AGAVE, quæ Echioni data.
SEMELE, quæ ex Ioue BACCHVM genuit.

PHOENIX, cuius filiam Europam vocat Conon. Ab eo dicti Phœnices, qui toti Aſiæ tunc imperarunt, ſede Imperij Thebis Ægypti conſtitutâ.

CILIX, vnde dicti Cilices.

EVROPA à Ioue rapta, &c.

APPENDIX AD FAMILIAM CADMI {
NYCTEVS ex Eubæâ venit cum fratre {
NYCTEIS { LABDACVS { LAIVS cui rapuit Lycus Imperium.
ANTIOPA cui de Ioue nati { ZETHVS, AMPHION { à Bubulco educati & matris vltores in Dirce coniuge Lyci.

LYCVS frater Nyctei { Duxit vxorem Dircen; nepotiſque ſui Laij regnum inuaſit. Cepit Antiopam Epopæo nuptam quam malè multauit Dirce. Hunc interfecêre Zethus, & Amphion, Dircen ad Taurum indomitum alligarunt.

NVM. 3. *De nominibus Græcorum.*

PRIMVM nomen eſt, quod poſtmodum cæteris prælatum eſt, Græcos appellat Γραικοὺς: Nicolaus Gerbelius à quodam Rege ſic dictos ait, ſed auctorem non laudat: Suidas à Pago ſic vocatos putat. Meminit eius nominis Lycophron in Caſſandrâ, vbi Achilles Γραικῶν ἄριστος dicitur; meminit & Ariſtoteles in Politicis, vbi ait iuxta Phthium populos eſſe Γραικοὺς καλουμένους. Iidem porro, vt colligitur ex Thucydide in prooemio Hiſtoriæ ſuæ, dicti quoque ſunt Ἕλληνες, & inde probat quod ſoli Comites Achillis, nempe ex Phthiotide adducti πρῶτοι Ἕλληνες ἦσαν. Nomen autem vtrumque deinde Theſſaliæ communicatum eſt; poſtea tranſiit in Achaiam, Peloponneſum, Inſulas maris Ægæi, ac demum in Aſiæ Minoris partem, colonis eò ex Europâ traductis.

SECVNDVM igitur nomen eſt HELLAS, cuius populi Ἕλληνες ab Hellene filio Deucalionis, de quo in Græcorum origine. Qui-